

Excipit I. *Huntlaeus* pag. 85. LXX. *Interpretes juxta nonnullos codices & lectionem S. Ambrosii & Augustin. vertunt ἀὐτῷ in fam. Resp. 1. Cur eos non denominavit Huntlaeus, ut causæ suæ major veritatis fulgor accederet? 2. LXX. constanter legunt: Αὐτὸς &c. 3. Ipse Huntlaeus Spiritu vertiginis agitatus p. 89. fatetur multos libros Græcos vertere ἀὐτὸς.*

I. *Marsennus* qui loc. alleg. pag. 348. in hæc verba definit: LXX. qui verterunt ἀὐτὸς, non ad ἀέριμα, sed ad ΠΥΝ quod hic masculinum est, respexerunt, quæ iterum more suo ex Huntlæo transtulit. Resp. 1. quid audio de te Marsenne? Dicis ΠΥΝ Masculinum esse? Unde hoc tuum effatum probas. Eadem facilitate illud rejicitur, quâ profertur. 2. Cur non etiam inveheris in *Paulum*, qui ad Gal. 3. v. 16. hujusmodi necit constructionem. καὶ τῷ ἀερίματι σου, ὃς ἐστὶ χριστός, Et semini tuo, qui est Christus, nam juxta tuam hypothesein neq; hic masculinum ὃς ad præcedens neutrum ἀέριμα referri posset. 3. Quod igitur LXX. verterunt ἀὐτὸς ideò fecerunt, quia respectum habuerunt, tum ad vocem Hebr. quæ masculini generis est, tum ad sensum, quia per semen genuinè filius intelligitur, ut videre est Gen. 4. 25.

כִּי שָׁת-לִּי אֱלֹהִים זָרַע אַחֵר תַּחַת הַבֶּרֶךְ

III. Pergit *Marsennus* in scitiam suam prodere, cum dicit *Chaldaicum Paraphrasten* Pronomen in neutro posuisse. Nam 1. Utrâque lingua (Heb. & Chald.) neutro genere destituitur. 2. Cur non hoc quoquè de textu Hebræo dicit, in quo idem conspicitur Pronomen?

IV. *Bellarminus* speciosò Patrum titulò nos proritare conatur, quando inquit: legisse ipsa *Claudium Marium Victorem, Alcimum Avitum, Chrysostr. hom. 17. in Genes. Augustin. Ambros. Gregorium Magnum, Euchenium, Rupertum, Bedam, Rabanum, Strabum, Lyranum, Bernhardum*, itaq; mendacium esse, quod *Chemnitius* dicit: omnes veteres legisse ipsum. Confer quoque *Cornel. à Lapide*, qui *Josephum* lib. 1. cap. 3. hiscè scriptoribus productis annumerat.

B 3

Resp.